

Aduertencias para

gium à Iure communi, vt in altari portatili
absq; Episcopi licentia celebrare possint. c.
In his quæ de priuilegiis. Et hoc idem con-
cessit Sixtus. 4. in priuilegio allegato: de
quo pater Emanuel vbi supra.

5 ¶ Sed est dubium, si prædicę cōcesiones ce-
lebrandi extra Ecclesiam, & alię similes quo
ad tempus sint per concilium Trident. ab ro-
gatę? Ad hoc dubium respondet pater Ema-
nuel cum consilio doctissimorum virorum,
quod modo possumus vti prædictis gratiis,
& priuilegiis, non contradicentibus Episco-
pis. Atq; ita relatis verbis Concilij Tri-
den. Sessione. 22, in Decreto de Obseruan-
dis, & evitandis in celebratione Missę Tom.
I. qq. regul. q. 43. art. 4. ait. Ex quorum ver-
borum tenore colligitur, Concilium nō re-
uocare Priuilegia, sed tantum præcipere or-
dinariis, vt non obstantibus dictis priuile-
giis, compellant Regulares in foro exteriori
censuris & aliis remediiis opportunis, ne fa-
cultatibus [in ipsis priuilegiis concessis] v-
tantur. Et sic non impedientibus Episcopis
non est cur religiosi scrupulis agitantur. Im-
mo addo, quod iuxta resoluta in articulis su-
perioribus, multa in dictis priuilegiis con-
ce